

Si unum contrarium fuerit in rerum natura, erit & reliquum.

**P**R O P O S I T I O ista est Aristo. in 2. Coeli & mundi in tex. commen. 18. Aduerte q contrarietas quandoq sumitur communiter, & sic fe extendit ad opposita secundum priuationem, & habitum, quandoq sumitur proprie, & sic est inter formas posituas, distinctio est Auer. in 1. Phis. commen. 41. dico tunc q non habet locum propositio Philosophi in contrariis communiter dictis, sicut sunt habitus, & priuatio, quia non oportet si finitum sit, quod infinitum sit, & si est plenum, non oportet q sit uacuum, sed intelligitur in contrariis proprie dictis, nam talia sunt ad perfectionem uniuersi, & uniuersum perfectum est, & ideo si unum contrarium fuerit in rerum natura, oportet quod sit reliquum. Habet etiam ueritatem secundum Physicam considerationem, fallit autem propositio, secundum logicam considerationem, nam Aristo. in praedica mentis, inquit, in sermone de oppositis, non oportet si unum contrarium fuerit, quod sit reliquum. nam si omnes homines sint albi, nigrum non erit, nam hoc est secundum diuersas considerationes. Naturalis enim sequitur naturas rerum, & perfectionem uniuersi considerat. & sic uerum dicit, quia quaelibet forma contraria, positua, est de perfectione uniuersi, & ideo una existere, debet esse altera. Sed logicus sequitur imaginationem rationis, secundum possibilitatem logicam, quae est res habens latitudinem satis ampliam, & sic dicit non, est implicare contradictionem, uno existente de numero contrarium, aliud non existere, & in multis consimilibus, aliter dicit artifex rationalis, & artifex realis, nam Aristo. in praedicationis, in cap. de quantitate considerans quantitatem secundum simplicem considerationem, dixit quantitatem nihil contrariari, sed naturalis qui considerat quantitatem, ut terminus modus, dicit in ea esse contrarietatem secundum perfectum, & imperfectum: ut patet 5. Phis. tex. commen. 18. & unusquisq; uerum dicit secundum suam considerationem. & hoc etiam inuenitur in aliis scientiis, nam Naturalis dicit motui circulari non in esse contrarium, & Geometer imaginatur in motibus circularibus contrarietatem, ut patet primo Coeli & mundi. com. 32. & multa consimilia inueniunt, in quibus diuersae scientiae secundum diuersas abstractiones, diuersa dicunt. \* Immo etiam scientiae rationales in plerisque dissentunt, nam secundum logicum teste Philosopho in secundo Perihier. transposita nomina, & uerba, idem significant, sed secundum oratores, & poetas, transpositio nominum, & uerborum, maximam uarietatem causat, ut notat ibi Boe. Amplius nomina synonyma apud oratores usui sunt, non autem apud demonstratores primo Physico. com. 1. ita etiam de Metaphis. 3. de Anima. com. 5. & 2. Posteriorum. }

\* ADDL.

Materia negatione cognoscitur.

Prop. 56.

**P**R O P O S I T I O Aristo. est in 10. Primae philosophiae. tex. com. 24. Aduerte igitur, q materia duplex est prima & secunda materia, prima est natura, fed materia secunda est naturatum, siue habens naturam. prima enim materia est substantia simplex, fed secunda est substantia composita ex materia & forma, siue sit materia alterationis tantum, siue sit materia alterationis, & compositio simul. propositio igitur ueritatem habet de prima materia principaliter, ut dicam. Sed est difficilis, quia Aristo. primo. Phis. tex. com. 69. inquit, subiecta quidem natura scilicet est per analogiam ad formam, quomodo igitur materia negatione cognoscitur? Nisi esset duplex est notio materiae: Vna quam dat prima nostra cognitio naturalis, quae a sensatibus & nobis notioribus proficitur, iuxta illud Aristo. in primo Phis. tex. com. 2. innata est nobis uia a notioribus nobis, ad notiora naturae, & quia transfmutatio substantialis, est operatio materiae ut subiecti, ut inquit Com. 1. Coeli com. 20. & etiam 7. Meta.

Difficulta

Solutio.

**A** multis declarat Ioan. Gramma. ibi, & ibi signanter dicit q ista, possibile est homo, est uera, fed non est propria nec naturalis praedicatione, & per consequens non est per se in alio quo modo, nam tales excluduntur a demonstratione, ut patet per Philosophum illo ca. ubi ostendit statum in praedicatione. Ad autoritatem Boetii, respondetur q penes aliquid attenditur ueritas propositionis, & penes aliud naturalitas praedicationis, nam per Aristo. in libro Perihiermenias, & in praedicationis, ex eo q res est, aut non est, redditur oratio uera, aut falsa, unde dicimus q ueritas propositio nis affirmatiuae, attenditur penes identitatem praedicationis ad subiectum, & quia uera, & maxima identitas est eiusdem ad seipsum, propter hoc dixit Boe. q uerissima est propositio, in qua idem de seipso dicitur: tamen ista praedicatione, non est naturalis, quia idem respectu sumit non potest habere secundum naturam, respem materiae ad formam, & recepti, & receptibilis, quia ista sunt primo uerba secundum naturam, q in fine remotionis, ideo Auer. uult q sit in fine abominationis, at idem de seipso praedicitur. & ideo Aristo. Animaduertens ad hoc, dixit in praedicationis, q ad prima substantia nulla est praedicatione, uidelicet per se & naturalis. utrum autem indirecte, & per accidens contingat ut aliquo modo praedicari possit, hoc est, q non curat ars, neq scientia, quia ista sunt extranea ad prima scientia in intentione. \* Primo priorum in cap. de Inuentione medij, habet q singulare, per accidens praedicitur solum, ut hoc alium est callias. Sed est obiectio contra praedicta. nam Aristo. 5. Met. cap. de secundum quod. & est tex. com. 23. ubi dicitur q homo secundum se est homo. Ad hoc respondetur, q ille modus non est per se praedicandi alterum de altero, quia tales sunt primus, & secundus modus dicendi per se, de quibus ibidem meminit, & etiam in primo Post. in cap. de per se, fed talis modus dicitur per se, per negationem alterius cause, unde litera ibi dicit, hominis multae sunt cause: animal, bipes, at tamen homo secundum se est homo. Et ideo opinio formalizantium in hoc non est tenenda, qui uolunt q propositio in qua idem praedicitur de seipso, sit in primo modo dicendi per se, quia uolunt, q propositiones primi modi sunt in quatuor gradibus constructae. In primo gradu sunt propositiones in quibus superius in quid praedicitur de uero inferiori, ut genus de specie, sicut ens de Deo, & creatura. In 2. gradu, sunt propositiones in quibus praedicitur quidditua praedicta in quale, sicut quando praedicitur differentia de specie. In 3. quando tota definitio praedicitur de definito. In 4. quando idem praedicitur de seipso. Auer. autem & antiqui Peripatetici, uolunt praedicta primi modi dicendi per se, esse solum tribus modis. unde Commen. 7. Meta. com. 11. inquit q primus modus praedicabilium essentialiter, continet tria, genus, & differentiam, & totam definitionem, quae definitio est idem cum substantia rei, & uniuersaliter praedicta tabilia substantialia sunt illa quae adunantur cum subiecto, & adunantur adiuuicem, & accidentalia e conuerso, & in morari in hoc amplius est superfluum. \* Sed est instantia nam Aristo in fine. 2. libri Perihier. inquit, q ista, bonum est bonum, est uera per se, fed ista, bonum non est malum, est uera per accidens. & per consequens propositio in qua idem praedicitur de se ipso, est per se, & non nisi in primo modo quare & c. R. respondetur, q ly, per se sumitur ibi ut distinguuntur contra per accidens, ut ly, per accidens, ibi stat pro illo, quod secundo loco est tale, ut bene notat ibi Boe. nam principaliter per naturam propriam primo, bonum est bonum, & secundo, bonum est malum, quia omnis negatio, uera est propter aliquam affirmationem priorem, quae uera est. nam quia homo est homo, ideo homo non est asinus, non sumitur igitur per se, & per accidens, ut sunt notae determinantes in differentiam praedicti in subiecto, ut in libro Posteriorum fed ut dicunt aliquid, primo & secundo loco, tale, aut tale esse. }

Pene aliud attenditur ueritas propositionis & penes aliud naturalitas praedicationis.

Obiectio.

Solutio.

Contra formalizantes.

ADDI. \*

7. Met.